



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Catena Temporum**

**Andrian, Carl**

**Herbipoli, 1698**

Series VIII. Bella ante Christu[m]

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65485)

¶ *Principatum extra Graciam. 65*

Parthis imperant Phraates III. \* Tyridates, & Phraates IV.

Scotorum historici Metallanum decimū septimum Regum suorum numerant.



SERIES VIII.

Bella post diluvium usque ad Christum.

☉ *Ab an. 1657. ad 2039.* ☉

**N**inus Latius imperandi studio flagrans Narmis imperium primus propagat, pluribus Asiæ populis domitis.

Idem circa annum conditi orbis 1990. Rege Zoroastre debellato Bactris potitur.

Semiramis Virago Media, Perside, Ægypto aliisque provinciis subactis cum Indis felici principio, exitu tristi bellum gerit.

Bella inter Vexorim Ægypti, & Tanaim Scythiæ Regem. Antiquiora ex Trogo Justinus memorat, sed vel obscura vel fabulosa censentur.

☉ *Ab anno 2039. ad 2300.* ☉

Ismaël Abrahami f. Arabiam bellando subigit 2261. *Salianus*. Ex eo feroces belligentes progenitas, Ismaëlitas, Agarenos,

F 3

Ara-

66 *Bella, & bellis celebres*

Arabes, Saracenos, omnes ferme tradunt.

Telchines & Cariathæ cum Phoroneo bellum gerunt 2264.

Telchines Talasio & Caretto Ducibus vincuntur à Phoroneo 2771.

☉☉ *Ab anno 2300. ad 2500* ☉☉

Telchines, qui victi & Peloponeso pulsi primò Cretam, deinde Cyprum armis occupaverant, tandem Rhodo potiuntur.

*Traduntur fuisse malefici homines aspectu solo omnia effascinantes. Hesychius.*

Svidas Mosis in Ægypto bella, quæ Josephus memorat, viris cordationibus fabulosa videntur.

☉☉ *Ab anno 2500. ad 2600.* ☉☉

Chaldæi pugnant in Phænices 2507.

☉☉ *Ab anno 2600. ad 2700.* ☉☉

Eleusini adscito Eumolpho Thrace bellum cum Atheniensibus gerunt 2669.

Tros in Tantalum Mœoniæ Regem, qui Ganimedem rapuerat, arma movet 2678.

*Tantali jussu, qui Phrygius Jupiter est appellatus, in navi cui aquila nomen erat, a veceus est. Hinc fabula.*

☉☉ *Ab anno 2700. ad 2800.* ☉☉

Bacchi Jovis & Semeles filij Indica expedi.

peditio. 2720. *aliis nominibus dicitur Liber Dionysius.*

Perfici Jovis & Danaës filij expeditio, in qua Medusam obruncat, Andromedam Cephei filiam liberat 2733.

Siculi, qui Latio pulsī per Aborigines à Morge Itali f: sedes acceperant in OEnotria, Siculo tandem Duce Trinacriam armis occupant, quæ ab illis Sicilia est appellata. 2770.

Amphitruo Alcmenæ maritus armis inclytus cum Teleboris bellum gessit.

☉ ☉ *Ab anno 2800. ad 2900.* ☉ ☉

Septem Duces ad Thebas 2833.

Epigoni Thebis potiuntur 2843.

Amazones Asiam armis occupant, mox in Africam irrumpentes ab Hercule & Theseo superantur 2845.

Bellum Trojanum ob Helenam Menelai uxorem à Paride raptam 2861.

Troja capta & incendio consumpta 2870.

Bellum Æneæ cum Turno 2872.

☉ ☉ *Ab anno 2900. ad 3000.* ☉ ☉

Heraclidæ Athenis bello infesti, sed victi se devovent.

Amazones per Asiam arma circumferunt 2906.

Heraclidæ, id est Herculis posterī, occupant

68 *Bella, & bellis celebres*

cupant Peloponesum Ducibus Temeno,  
Ctesiphonte & Aristodemo 2952,

☉☉ *Ab anno 3000. ad 3100.* ☉☉

*Videntur nugari, qui Britannia nomen hoc  
avo à Brito sive Bruto Aseanij filio impositam  
fuisse scribunt, docentes eum ibi primum Re-  
gnum auspiciatum, cum antiè à Gigantibus  
habitaretur.*

Sesac in sacris litteris: apud profanos au-  
ctores Sesostris, Sesos & Sesonchis, ac Se-  
sonchosis, Ægypti Rex Hierosolymâ po-  
titus templi thesauros asportat 3064.

Idem Colchos & Getas armis domuisse,  
regiones omnes à se subactas trophæis in-  
signivisse scribitur. *Calvinus perperam duos  
esse opinatur Sesacum & Sesostrim.*

☉☉ *Ab anno 3100. ad 3200.* ☉☉

Bella aliquot levia Archelai & Charilai  
Lacedæmoniorum Regum in Peloponeso.

Tyberinus, dum victus ab hostibus fugit  
Tyberi mergitur, eiq̃ue nomen facit.

Sabaco Æthiopum Rex pluribus Ægyp-  
ti Regulis profligatis eâ potitur, vel in fine  
hujus, vel initio sequentis sæculi. Cum-  
que in ea regnasset annos 50. somno mo-  
nitus ultro abiit, Herodotus lib. 2.

☉☉ *Ab anno 3200. ad 3300.* ☉☉

Assyrij Duce Theglar Phalazar, Rhafi  
Rege

Rege obtruncato, Damasco potiuntur. Syriam populantur: incolas captivos abducunt 3296.

Theopompo Lacedæmoniis imperante, hi de finibus Thyreatum cum Argivis dimicârunt. *Pausanias lib. 3. Euseb.*

☉☉ Ab anno 3300 ad 3400. ☉☉

Romuli cum Sabinis, Camerinis, & Fidenatibus bella.

Sennacherib Æthiopes & Ægyptios bello profligat 3323.

Bellum Vicennale inter Messeniacos & Lacedæmonios finitur 3330.

Ardys Lydorum Rex Gygis fil: Milesiis bellum intulit 3361. *Herodot lib. 1.*

Bellum Albanis à Tullo Hostilio illatum.

Horatii Curiatios vincunt 3387.

Fidenates 3389. Sabini à Romanis victi 3392

☉☉ Ab anno 3400. ad 3500. ☉☉

Ancus Martius Latinos, Fidenates, Sabinos, Vejos vincit: Tarquinius Sabinos, qui tandem domiti 3452.

Scythæ armis Asiam adepti tenent ab an. 3419. ad 3449.

Sadyates avus, Alyates Cræsi pater Lydorum Reges Milesios vexant.

Nabuchodonosor Magnus Syros & Ægyptios armis domat: Hierosolymam potitur 3428.

Idem

70 *Bella, & bellis celebres*

Idem Arabes, Elamitas, Medos vincit  
Niniven occupat 3452.

☉ Ab anno 3500. ad 3600. ☉

Cyrus à Tomyri Scytharū Regina victus.  
Porsena Romam obsidet 3547.

Posthumius Tubertus victis Sabinis pri-  
mus ovat Romæ 3551.

Marathonia pugna Duce Miltiade 3564.

Leonidas cum 300 Laconibus ad Ther-  
mopylas 3574. Themistocles Persarum vi-  
ctor ad Salaminam 3575.

Bellum Sociale contra Athenienses à  
3596. ad 3598.

☉ Ab anno 3600. ad 3700. ☉

Athenienses à Bœothis cæsi 3605.

Corinthei à Corcyreis victi 3619.

Atheniensium ad Potideā victoria 3622.

Bellum Peloponesiacum inchoatur  
3623 per annos 27. inter Athenienses &  
Lacedæmonios.

Conon Atheniensis Persas vincit ad Gni-  
dum navali prælio 3660.

Veij à Camillo expugnati 3658. Galli ab  
eodem post Romam incensam cæsi 3665.

Bellum Sacrum Græcorum contra Pho-  
censes sacrilegos à 3099. ad 3768.

☉ Ab anno 3700. ad 3800. ☉

Philippi Macedonis in Græciam bellum  
Sam-

*In historia sacra & profana* 71

Samniticum 3711. per an. 71. ad 3782. triumphorum 24. materies.

Alexander M. per Europam, Asiam, & Africam victor arma circumfert ab anno 3620. ad 3730.

Romanorum cum Pyrrho Epirotarum Rege bellum 3774.

Gonatae bella cum Spartanis & Atheniensibus 3785.

Bellum Punicum I. Siculis contra Carthaginenses Romanorum opem implorantibus 3790.

Romani primò rem nauticam attingunt, & Duillio duce nobilem de Pœnis victoriam referunt 3894.

☉☉ *Ab anno 3800. ad 3900.* ☉☉

Pœni Romanos grandi clade profligant prope Drepanum 3805.

Pugna Romanor: & Carthag: ad Ægades 3812.

Bellum Illyricum 3825.

Punicum II. 3836. Pugna ad Thrasimenum 3837. Canensis 3838.

Asdrubal à L Nerone ad Metaurum cæsus 3847. Annibal à Scipione Afric: victus in Africa 3852.

Bellum Romanorū cum Macedonibus 3854.

Bellum Romanorū cum Antiocho M. 3860

Bellum Romanor: cum Perseo 3883.

16



☉☉ Ab an: 3900. ad 4000. ☉☉

Viriathus Lusitanus fortiter ac feliciter  
contra Romanos bellū gerit à 3904. ad 3915  
Bellum Punicum III. 3906. in eodem  
eversa est Carthago 3908.

Bellum Jugurthinum ad 3905\* Marij de  
Cimbris Victoria\* & bellum servile in Si-  
cilia 3952\* Italicum seu Marsicum 3963\*  
Mithridaticum 3966\* Bella civilia Cinnæ\*  
Marij\* Syllæ\* Sertorij ab an' 3967. ad 3981.

Bellum Servile Spartaco incentore 3981.

Cajus Julius Cæsar ab anno 3995. ad  
3405. in Gallia, Germania, & Illyrico rem  
Romanam feliciter gerit.

☉☉ Ab anno 4000. ad 4053. ☉☉

M. Crassus cæsus à Parthis 4001.

Bellum civile inter Cæsařem & Pompe-  
jum 4005. pugna Pharsalica 4006.

Finis belli civilis 4009.

Cassius & Brutus ab Octavio & M. An-  
tonio victi 4012. Bellum Perusinum 4014.

Ventidius Bassus à Parthis triūphat 4021.

Actiaca pugna 4023.

Parthi sponte signa de Crasso rapta &  
captivos restitunt 4034.

